



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cvrsvs Theologici ...**

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. VIII. Alia quædam de Iustitiâ Dei ad hominem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**



esse Iustitiam, Obedientiâ in Deo nullum in Scri-  
pturis vestigium; illud enim Josue 10. v. 14. *Obe-*  
*diente Domino voci hominis*, omnes affirmant intelli-  
gendum esse metaphorice. Patres etiam unanimi  
consensu Iustitiam in Deo asserunt, negant Obe-  
dientiam. Contrâ tertio: non potest Deus pro-  
mittere actus Obedientiæ, sicut potest, imò & de  
facto promissit mercedem, pactumque inivit &  
contractus cum hominibus.

**IX.** Respondetur ergo: cum dominium Dei situm  
sit in ejus libertate & potentia, his autem duobus  
attributis nonnullam subinde ab extrinseco accede-  
re videamus à rebus physicis limitationem; nec  
enim durationem quamlibet & ubicationem omni  
loco & tempore producere potest, nec creaturam  
ullam, secundum multos, ab æterno: item si mo-  
dum, ubicationem scilicet Angelicam producere  
velit, necessitatur ad producendum Angelum, ut  
hujus decursu Disputationis vidimus; quid inquam,  
incommodi, si Deum necessitari etiam interdum  
posse dicamus, & hæc duo ejus Attributa simitari  
à re morali, suppositâ saltem aliqua ejus voluntate  
liberâ, promissione nimirum, seu pacto cum homi-  
nibus inito. Deinde, per se indecorum videtur,  
ut creatura imperium habeat, & cum auctoritate  
præsit Deo, ut in Obedientiâ contingit, ut ait  
S. Thomas 2. 2. q. 104. a. 4. corp. idemque re-  
petit articulo quinto. Præterea, quid magis ab-  
sonum, quam ut Deus creaturam, tanquam supe-  
riorem suam veneretur, ei que honorem & obse-  
quium exhibere teneatur, quod tamen cum obe-  
dientiâ connexus est, ut notat idem S. Doctor  
q. illâ 104. a. 3. ad primum.

**X.** Quod verò Deus tanquam justus iudex mercedem,  
quam ex pacto bene operantibus promittit,  
largiatur, quid in se continet indecori, imò quid,  
quod non maximè Deum deceat? Et si dicas, per  
jus adversus alterum, fieri habentem aliquo modo  
superiorem ei qui illi obligatur: primò, nullus hanc  
dicit esse veram superioritatem, sed solum quia po-  
test cum per leges cogere, ut debito satisficiat.  
Sed neque hoc in jure, quod homo habet respectu  
Dei, reperitur, qui ad pactam mercedem solven-  
dam, ex intrinseca suæ voluntatis rectitudine essen-  
tialiter determinatur; & si per impossibile non sol-  
veret, à nullo cogi posset, nec ad alium provocare  
valeret læsus, quam ad ipsam Dei Iustitiam.

**XI.** Objicies sextò: Si Deus modo à nobis dicto,  
obligaret se homini ex Iustitiâ, fieret servus homi-  
nis. At sanè miror hoc objici, quis enim ex eo  
quod Rex militi alicui, vel servo domestico stipen-  
dium ex Iustitiâ solvere teneatur, quis, inquam,  
dixit eum fieri servi illius, aut militis servum? Imò  
verò, inquis, sed si in uno se obstringere homini  
ex Iustitiâ possit, poterit in omnibus, ergo fieri po-  
terit hominis servus, totusque esse ad ejus obse-  
quium, & in omnibus ad illius nutum stare, quod  
est proprium mancipii; hoc autem quam indeco-  
rum sit, quantumque in se contineat indecentiæ,  
quis non videt?

**XII.** Sed hæc replica seipsam destruit: si enim pecu-  
liaris in eo sit indecentia, ut scilicet in omnibus  
Deus se homini obstringat, & per hujusmodi obli-  
gationem reddatur hominis servus, & mancipium,  
jam in ipsâ objectione ratio afferitur cur Deus in  
omnibus se homini obstringere nequeat, indecen-  
tia scilicet, quod nimirum hoc faciendo, se reddat  
hominis servum, vel mancipium, quæ indecentia  
in eo non est, quod se ad præmium & mercedem  
hominis pro meritis largiendam obliget: imò ad  
hoc, ut vidimus, de facto se obligavit. Sic etiam,

ut diximus, quamvis Rex se alteri obstringere pos-  
sit ad præmium ei ob strenuè in bello navatam  
operam donandum, è majestate tamen Regiâ non  
est, ut ad vilia quævis se obsequia, & mancipio-  
rum propria obliget; quantum enim priora Regem  
decent, tantum posteriora dedecent.

SECTIO OCTAVA.

Alia quædam de Iustitiâ Dei ad hominem.

**P**OSTREMÒ objiciunt sanctos Patres, qui af-  
firmare videntur, non dari in Deo Iustitiam  
erga hominem: sic enim S. Bernardus Serm. 1. de  
Annunciatione, *Neque talia, inquit, sunt hominum*  
*merita, ut propterea vita æterna debeatur ex jure, aut*  
*propterea Deus injuriam aliquam faceret, nisi eam do-*  
*narat.* Sic S. Anselmus in Profolog. cap. 10. *Iu-*  
*stus es, inquit, non quia reddis nobis debita, sed quia*  
*facis quod te decet.* Et S. Augustinus lib. 1. Confes-  
sion. cap. 4. *Reddis debita, nulli debent.* Libro etiam  
tertio de lib. arbitrio, cap. 16. *Deus, inquit, nulli*  
*debet aliquid: & postea subiungit: Quid ergo ei*  
*prærogas, ut tanquam debitum possas?* & alia id ge-  
nus apud Patres subinde reperiuntur.

Sed de mente Patrum hac in re, quædam dicta  
sunt suprâ, sect. 5. num. 5. quibus addo id quod  
habet S. Augustinus lib. 4. contrâ Julianum cap. 3.  
*Deus ipse, inquit, quod abste, erit injustus, si ad ejus*  
*regnum verus non admittitur justus.* Similia repe-  
riuntur apud Tertullianum, S. Chrysostomum, &  
alios, qui Deum asserunt, per bona opera nostra  
reddi nobis debitorem.

Tribus itaque modis intelligi possunt Patres, dum  
negare videntur in Deo esse Iustitiam erga homi-  
nem: primò quòd Deus merita ipsa nobis donave-  
rit, per quæ titulum ad gloriam acquirimus, sicque  
totum jus nostrum ex ejus benignitate & misericor-  
diâ velut è radice procedit. Istud nihilominus non  
impedit quin verè Deus nobis ex Iustitiâ oblige-  
tur. Hoc sensu loquitur S. Augustinus de gratiâ  
& lib. arbitrio, cap. 6. *Cui, inquit, redderet coro-*  
*nam justus iudex, si non donasset gratiam misericors*  
*pater.* Secundò volunt Patres, potuisse Deum ab-  
solutè non promittere, sicque hoc etiam sensu di-  
cunt tantum jus nostrum in Deo misericordiâ fun-  
dari. Huc spectat dictum illud S. Bernardi suprâ  
sect. 5. num. 5. ubi de coronâ loquens, seu præmio,  
quod Deus certantibus promissit, *Promissum quidem,*  
*inquit, ex misericordia, sed ex Iustitiâ persolvendum.*  
Hoc ergo non tollit in Deo conceptum Iustitiam.  
In quam rem pulchrè S. Augustinus Serm. 16. de  
verbis Apostoli, *Debitorem, inquit, se fecit, non tan-*  
*tum sibi, sed & Christo, & nobis, ut illi dicere possi-*  
*mus, Redde quod promissisti, quia fecimus quod jussisti.*

Tertio tandem, ex Patribus nonnulli, dum ne-  
gant Deum per opera nostra obligari ex Iustitiâ,  
ad dandum nobis præmium, sumunt opera nostra,  
non ut informatâ quasi à gratiâ habituali, & secun-  
dum valorem ac dignitatem, quam ab illâ hauriunt,  
sed merè secundum se, & ut contradistincta sunt ab  
excellentiâ, ac splendore, quem in ea gratia refun-  
dit. Quo etiam sensu dixit Apostolus ad Rom. 8.  
v. 18. *Non sunt condigna passionibus hujus temporis ad*  
*futuram gloriam &c.* Et sanè, certum videtur  
S. Bernardum loco num. 1. citato, de meritis no-  
stris hoc sensu loqui: primò enim initio homilia  
citata, ait *opera nostra non esse meritoria;* & hoc ipso  
loco,

minum pro-  
prietatis in  
res creatas,  
non tamen  
jus Iustiti-  
æ in se-  
ipsum.

IX.  
Disparitas  
inter Iustiti-  
am in Deo  
& obedien-  
tiam, cur il-  
la dari in  
Deo possit,  
hæc non pos-  
sit.

Deum sup-  
positâ ali-  
quâ ejus vo-  
luntate li-  
berâ, neces-  
sitari nil  
vetat.

X.  
Deum ut ju-  
stum iudicem  
maximè de-  
ceat promissa  
bene operan-  
tibus merce-  
dem largiri.

XI.  
Deus ex eo  
quod oblige-  
tur ex Iustitiâ  
hominis,  
non fit servus  
hominis.

Replica.

XII.  
Peculiaris  
in eo est in-  
decentia, ut  
Deus in om-  
nibus sit ad  
nutum ho-  
minis.

II.  
Objiciunt  
Patres, qui  
negare vi-  
dentur dari  
in Deo Iustiti-  
am erga  
hominem.

III.  
Affirmate-  
res, dari  
Deo Iustiti-  
am erga  
hominem.

III.  
Quo sensu  
negant sub-  
inde Patres,  
dari in Deo  
Iustitiam ad  
hominem.

IV.  
Patres qui-  
dam de op-  
eribus nostris  
loquuntur  
secundum se  
speciatim, &  
non de in-  
formal cum  
gratiâ habi-  
tuali.

Explicit  
liber 1. Ber-  
nardus.



loco, quem contra nos citat Vasquez, negat operibus condignitatem ad coronam gloriae, & beatitudinem per ea assequendam: *Quid, inquit, sunt merita omnia ad tantam gloriam?* Nos autem de operibus nostris loquimur prout gratia & charitate informantur, indeque valorem illum ac dignitatem trahunt, qua, juxta utriusque sententiae Auctores, condigna redduntur ad gloriae caelestis adeptionem. Nihil ergo contra nos facit haec S. Bernardi auctoritas. Hoc etiam modo Capreolus, antiquus Thomista, intelligendum ait S. Thomam, dum negare videtur dari in Deo Iustitiam commutativam.

**V.**  
De variis conditionibus ad Iustitiam requiritur.

Disputant hic fuscè aliqui, utrum condiciones omnes ad rigorosam Iustitiam Deum inter & hominem requiritur, hic reperiantur. Sed proprius hujus difficultatis locus est in tertia parte, dum de satisfactione Christi, ubi eam, Deo dante, discutimus: in praesenti enim solum contendimus rigorosam Iustitiam nihil derogare perfectae libertati & dominio Dei. Nonnullas tamen ex hisce conditionibus hic, occasione data, cursum tetigimus.

**VI.**  
De Iustitia Iustitia hominis ad Deum.

Quaerens: utrum sicut datur Dei ad hominem, ita vicissim detur hominis ad Deum Iustitia? Haec quaestio proprie spectat ad materiam de Poenitentia, ibique à Theologis disputatur, dum inquirunt, utrum peccatum praeter alias, quas in se continet, malitias, sit etiam injuria stricta contra Deum. Eò itaque hanc difficultatem differemus.

SECTIO NONA.

*De Iustitia distributivâ, legali, & vindicativâ, utrum in Deo reperiantur.*

*Vbi etiam, an sit in Deo Misericordia.*

**I.**  
Variis variis Iustitiam distributivam accipiunt.

**Q**UOAD primum, varia Iustitiae distributivae acceptio, Auctores in variis hac in parte distinxerunt sententias: dum enim ut ex aliâ occasione observavi, suis quisque innititur principiis, iisque oppositis, (diversis, ut sit, diversa opinantibus) dum sibi consentiunt, dissentiant ab aliis, & in contrarias abeunt opinandi vias.

**II.**  
Proprietates Iustitiae commutativae & distributivae obiter recensentur.

Ut, quid hac in re sentiam, declarem, notandum breviter, (plena enim hujus rei discussio ad alium locum pertinet) quis sit Iustitiae commutativae, quis distributivae conceptus. Iustitia itaque commutativa arithmetice procedit, & aequalitatem respicit rei ad rem, ut nimirum tantum detur quantum res aliqua valet, aut ex pacto inter duos convenit, centum dentur pro equo ex. gr. tanta merces pro labore unius diei in vineâ, & sic de ceteris. Alio modo se habet Iustitia distributiva, aequalitatem enim, non arithmeticam spectat, seu rei ad rem, sed geometricam, ut aiunt, seu proportionem inter titulos & dignitatem personarum in distributione honorum communium, ut nimirum, quantum unius meritum excedit meritum alterius, & dignitas dignitatem, tantum etiam praemium excedat praemium, tantoque plus in bonorum communium distributione accipiat. Duo milites ex causa, in eodem praelio contra hostem dimicant, sed alter duplo magis se strenue gerit: stipendium uterque ex pacto debitum, aequale accipiet, hoc enim ex Iustitia ipsis commutativa debetur, quae spectat aequalitatem laboris cum stipendio: at de spoliis hostium in praelio captis, hic duplo plus accipiet; in horum quippe distributione spectatur

Quantum meritum excedit meritum tantum praemium excedere debet praemium.

excessus inter utriusque merita, qui peculiariter ad Iustitiam pertinet distributivam.

Verius itaque mihi videtur, Deum, reddendo praemium, hoc ex Iustitia tantum commutativam praestare; id enim unum spectat, ut tantum cuique tribuat, quantum labor ejus ac meritum postulat, sic 1. Cor. 3. v. 8. dicitur: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem.* Quod ergo hic peculiariter spectatur, est, ut merces adaequetur labori, quod proprium munus est Iustitiae commutativae. Et quamvis ei qui plus laboravit, plus gloriae tribuat, non tamen id propterea facit quia alium in meritis superat, sed praecise quia ejus opera tantum praemium merentur, & per accidens est quod alii mereantur minus. Sicut cum dives quispiam diversis operariis diversa solvit stipendia; diversitati laboris correspondentia.

**III.**  
Deus praemium meritis reddit ex Iustitia commutativa.

Qui plus laborat, majus accipit praemium.

**IV.**  
Quo pacto in Deo reperitur Iustitia distributiva.

Addit tamen S. Thomas, & cum eo non pauci ex Theologis: siquis in collatione gloriae, quam Deus diversis diversam tribuit, non titulum meritorum spectet, sed dignitatem personae, quam à majore vel minore gratia habent inaequalem, reddunturque filii adoptivi: sub hac, inquam, ratione aiunt dari in Deo Iustitiam distributivam. Unde sicut sub priori titulo dat Deus gloriam, tanquam mercedem operariis, & in eo exercet Iustitiam commutativam, ita Deus sub secundo titulo dat eandem gloriam ex Iustitia distributivâ, dum servatâ proportionem geometricâ, dignioribus filiis majorem partem hereditatis confert, ita ut eò plus quisque accipiat, quò magis alium in dignitate excedit. Quam duplicem rationem, hereditatis scilicet, & mercedis, in vitâ aeternâ agnoscit Concilium Tridentinum sess. sexta, cap. decimo sexto.

Duobus titulis datur Beatis gloria.

Huc etiam spectat, inquit P. Granada hic, tract. 7. disp. 5. num. 6. distributio illa, dum Deus uni dat laureolam Martyrii, alteri Doctoris, alteri Virginis &c. Idem etiam contingere ait in rebus naturalibus, dum nobiliores potentias dat Angelis, quam hominibus, hominibus quam brutis, his quam rebus inanimatis, & sic de ceteris; hic namque servatur geometrica proportio, ut scilicet quò magis res una aliam in naturâ, seu substantiali dignitate superat, eò etiam perfectiores sibi ab Auctore naturae collatas habeat potentias, & ornamenta.

**V.**  
Diversa laureole dantur ex Iustitia distributivâ.

Iustitia etiam distributiva comparatur in rebus naturalibus.

Quoad secundum in titulo propositum, de Iustitia scilicet legali, ut vera hujus notio intelligatur, notandum, Regem aut Republicam non tantum proprium & particulare jus, seu bassum, ut vocant habere in quaedam bona, quorum speciale ipsis competit dominium, sed praeterea habent jus & dominium altum, seu superioris ordinis, in bona subditorum ac civium, non quidem ut iis prohibito utantur, sed ut ubi commune bonum id exigit, de illis ad regni aut Republicae utilitatem disponant. In quem etiam finem de vitis interdum civium disponere possunt, illos scilicet morali vitam amittendi periculo exponendo, ubi id necessitas, communisque boni ratio postulat.

**VI.**  
Iustitia legalis quid sit.

Jus altum & bassum in Republicâ.

Virtus ergo illa, quae in subditis dominium hoc altum in Principe & Republicâ spectat, tenditque ad jus illud illatum servandum, bonaque sua possidenti Principi, ubi commune id bonum exigit, permittenda, est Iustitia legalis. Hinc itaque clare constat, Iustitiam legalem in Deo reperiri non posse; haec quippe, ut vidimus, superiorem respicit ut superiorem; Deus autem superiorem habere non potest. Siquis autem, ex eo quòd Deus res omnes juxta cujusque naturam & exigentiam, ut Universi moderator administret, suasque singulis partes

**VII.**  
Iustitia legalis in Deo reperiri non potest.